[Ep]istola 172. Amplissimo viro Domino GERHARDO SCHAEP. S. D. O. IOHANNES COCCEJUS. 238

Vir amplissime, domine et fautor observande.

Divina vocatio, quae nobis docendi publice officium imponit, obligat nos, ut et ipsi quotidie proficere in cognitione sacrarum literarum satagamus, ~~fid~~ et, quantum possumus, [in margine: ad commune vel ex animo vel usum] ~~aliis~~ exponamus, in quo profecisse nobis videmur. Ita mihi gratia Dei hoc tempore concessit, ut meditationes meas in XII. prophetas proferrem; si forte aliquod ~~momentum~~ ad amorem literarum divinarum ~~ac~~ in juvenibus nostris amplificandum, vel ad veritatem orthodoxae Theologiae ~~in eis~~ demonstrandam et omnigenam falsitatem ~~de ex eis~~ refutandam momentum afferre possem. Non potui facere, ut ei labori non praescriberem nomina Nob. et Amplis. DD. Curatorum [in margine: hujus Academiae] et Spectatissimorum DD. Consulum hujus urbis, Maecenatum meorum; ~~quibus tan~~ quos ~~mihi ha~~ Deo placuit mihi hoc tempore studiorum arbitros et laborum agonothetas dare; ~~quorum~~ Sed permolestum mihi ~~accidit~~ est, quod editio in id tempus incidit, quo opusculum meum Amplissimo illi et honoratissimo Collegio ~~cum~~ exhibere et serenitate vultuum vestrorum frui non possum, sed per vicariam epistolam imprimis apud Amplitudinem Tuam, cujus ~~humanitatem~~ me ~~satis~~ humanitate primo olim sensi devinctum, ~~fam~~ loqui cogor. Interim spero, A. T. non alio vultu atque affectu hunc ~~meum~~ foetum, quam eo ante me ipsius patrem excepturum. Deum rogo, ut A. T. diu patriae et Academiae sospitet ~~incolumem~~. Scribebam Lugduni d. 2. Octobris 1652.

[Ep]istola 171. NOBILISSIMO VIRO ~~D. AMELIO~~ BOUCHORSTIO S. D. O. IOHANNES COCCEJUS

Nobilissime vir, domine et fautor colende.

Properat ad aspectum tuum hic foetus meus; quem quotidianae meditationes de sacris literis conceperunt, ~~voluntas satisfaciendi officii~~ communis utilitatis desiderium, ~~et bonorum expectatio~~ et existimatione optimorum et maximorum virorum (inter quos primi Vos, qui Curatis et Academiam et studia nostra) [in margine: || expectatione,] ~~[illegible]~~ peperit. Non mirabitur N. T. D. nomen suum in frontispicio collocatum ab eo, qui novit et suorum laborum arbitros &